Septemb.

6. Bartholomeus Hoffman diaconus Mariaeburgen.
15. Ioachimus Reinhart Haynen.
16. Georgius Wernerus Neoforensis
17. Petrus Brummerus Valesianus
Rudolphus Sutor Bernensis
23. Philippus Vuolfstein Moguntinus
26. Balthasar Beyer Walthemen.

Octob.

2. Pangratius Wolff Rutgemen.
5. Georgius Haubner Marębergen.
Georgius Cicellmannus Pressaten.
11. Iohannes Cragus Scotus

Summa omnium inscriptorum hoc semestri aestivo 456 [453].

[1570. Mich.]

Anno MDLXX die Lucae evangelistae commendavit senatus academiae magistratum scholasticum in semestre hybernum ornatissimo doctrina et virtute viro magistro Alberto Lehenmeier Hamburgensi, oratoriae professori publico.

Autumnus totus ad brumam usque assiduis cum maduit pluviis tum caligavit nebulis. Inde sub initium Novembris extumuit Albis et, cum intercessisset nix largior, ea soluta sub initium Decembris rursus exundavit Albis superatis ripis altius quam in praecedente exundatione pene ulna integra. Bruma aquis inter alveum repressis mutationem attulit frigore excitato asperrimo et nivibus adductis tanta ubertate et copia prioribus subinde novarum mole aggestis atque accumulatis, ut altiores et diuturniores nives in hac planicie nemo hominum meminerit nec paucis in locis segetes mole et diuturnitate suffocatae perierint. Februario mense tepore lento et pluviis liquefactae adeo auxerunt aquas, ut tumefactus Albis recens oppositos aggeres longo tractu disruperit et exundatio ultra septimanas tres perdurarit. Martio mense die quarta sub noctem φάσμα in coelo visum est initio candidum mox cruentum postremo flammeum. Hoc ab oriente per septentrionem excurrit in occasum. Aprilis inusitata serenitate ac siccitate satorum et segetum proventum cum impedivisset, causam sterilitati praebuit.

Imperator comitiis Spirensibus peractis mense Decembri rediit in Bohemiam et Pragae usque ad Iulium anni sequentis commoratus ξυλλογοὺς ἐπιχωρίους habuit, in quibus etsi proceribus regni coniunctim — paucis exceptis — libertatem petentibus amplectendi et profitendi doctrinam religionis Christianae ex praescripto confessionis Augustanae initio spem de concessione fecit, tamen, cum obtinuisset, quod exegit, ad extremum denegata eis haec libertas fuit.

In Ungaria die decima quarta Martii anno MDLXXI Iohannes II., rex Ungariae, weiwoda Transylvaniae, Iohannis I. filius, epilepticis paroxysmis et doloribus colicis consumptus interiit in thermis non procul ab Alba Iulia. Ei funus factum est regio more vicesima tertia Maii Albae Iuliae. Post sepulturam Transylvani

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et Ceculi assentientibus imperatore Maximiliano et Selymo, tyranno Turcico, constituerunt gubernatorem seu weiwodam Transylvaniae unum ex proceribus, Stephanum Batori, vetustissimo clarum genere. Hunc et propter vetustatem nobilissimae stirpis et propter opinionem probitatis praetulerunt coeteris, inter quos fuit Caspar Bekes, vir magni nominis sed Ariano contagio infectus, cuius semina sparserant inde usque ex Italia per Poloniam propagata Itali duo Blandrata medicus et Alciatus miles pertractis in suam sententiam cum aliis ex Ungaricis pastoribus tum Francisco Davidis et Luca Agriense, qui tandem ad se rediit. Reliqua Ungaria fuit tranquilla.

Turcae terra nullum gesserunt bellum. Mari oppressa Cypro insula expugnarunt Nicosiam, urbem mediterraneam, eius insulae caput et metropolim, cuius vetus nomen est Leucosia, duce belli Mustapha bassa, amiralio Pialo bassa, natione Ungaro, nato in oppido Tolna ad Danubii ripam e regione Colocae, equitum ductore Grambolato bassa, Mustaphae filio, peditum Derevio bassa Alepano. Calendis Iulii primum conspecta classis Turcica ex urbe Papho tertia Iulii appulit ad Salinarum urbem, ubi pars exercitus in continentem exposita protinus castris fixis atque communitis proxima quaeque diripuit. Die vicesima octava Iulii accessit exercitus universus ad Nicosiam urbem ac coepit actis fossis et aggeribus et castellis ac propugnaculis extructis urbem obsidione cingere. Duravit ea obsidio usque ad nonam diem Septembris, qua Turcae ultima oppugnatione tentata duobus in locis, cum ex uno fortiter repellerentur, per alterum ab incolis desertum irruperunt in urbem ac mox desperatione diffugientibus passim et abscondentibus sese defensoribus universa potiti sunt. Arce occupata cum per praeconem promisissent incolumitatem omnibus, qui deditionem sponte facerent, fiducia promissi plurimos egressos e latibulis trucidarunt, imbellem multitudinem mulierum, virginum, puerorum navibus impositam avexerunt novis colonis in urbem ex Asia collocatis. Leucosia expugnata Mustapha terra, Pialus bassa mari circiter 18 et 19 Septembris adorti sunt Famagustam oportuno portu mari imminentem, quae antiquitus fuit Salamis et Constantia, sed repulsi cito destiterunt ab oppugnatione et collectis in naves cum universa praeda hostili reliquiis exercitus traiecerunt in Rhodum insulam circiter 18 Octobris. Una tamen ex navibus, in qua praecipua pars praedae fuit, incendio subito exorto tota conflagravit.

Gallia post factam pacem mansit tranquilla et actum hoc est, ut regi Navarrae, Vandomii filio, nuptiae sororis Caroli regis, fratri Caroli, duci Andeganensi [!], nuptiae reginae Anglicae, filio Ludovici, comitis Condei, qui fuit frater Vandomii, nuptiae filiae ducis Nivernensis conciliarentur.

Scotiam graviter afflixerunt intestina bella inter Stuardos et Hamiltonios Stuardis pro impubere rege, Hamiltoniis pro regina, quae in Anglia captiva tenebatur, decertantibus.

Pontificis Romani Pii V. deliberationes et conatus eo spectarunt, ut foedere inter se devinctis Hispanis et Venetis classis compararetur et exercitus ad defensionem Italiae adversus imminentem et in dies crescentem potentiam Turcarum. Res acta et peracta est in senatu cardinalium coram pontifice pro Hispano

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

consulentibus et spondentibus cardinalibus duobus Antonio Perenotto Granvellano et Pachieco ac legato Iohanne Zuniga, pro Veneto senatu oratoribus Micaelo Soriano et Iohanne Superantio his legibus et conditionibus: ut foedus sit perpetuum nec sit ἐπιμαχία tantum ad depellendum, si bellum inferatur, sed et συμμαχία ad persequendum communem hostem et ad invadendum Turcas et pyratas eos praesertim, qui ex Algiera, Tuneto, Tripoli et reliquis littoralis Aphricae locis continuis excursionibus mare infestant et maritima Italiae, Siciliae, Hispaniae, Corsicae, Sardiniae populantur; ut comparent et instruant ad bellum triremes ducentas, onerarias naves centenas, peditum millia quinquaginta, equitum millia quatuor et quingentos cum machinarum et tormentorum bellicorum necessario apparatu et classem ut mense Martio aut ad summum Aprili mense anni sequentis septuagesimi primi educant; idem ut fiat sequentibus annis; si confoederatis uno in loco bello occupatis alias interea hostis terras ipsorum adoriatur, eis ut auxilio veniant quam primum et retracto hoste ac praesidio imposito periculum avertant; ut singulis annis sub autumnum confoederatorum legati Romae conveniant ad communes de secuturi anni apparatibus deliberationes; ut omnium belli sumptuum tres sextantes rex Hispaniae, duos reliquos senatus Venetus, sextantem unum pontifex Romanus sustineat, sed cum tantos sumtus facere pontifex nequeat, ut sextantis illius rursus sextantes tres Hispanus, duos reliquos senatus Venetus pendat ac solvat et pontifici relinquatur residuum; ne a foedere et belli societate excludantur imperator, reges Galliae et Portugalię; ut senatus Venetus pontifici suppeditet ad hoc bellum triremes duodecim omnibus rebus necessariis armatas et adornatas, quas bello finito pontifex, si salvae sint, reddat; ut in omnibus fiat exaequatio, ne unus plus oneretur altero; ut commeatu deficiente ex proximis confoederatorum regionibus liceat petere et mercari necessaria consueta pecunia nec precia rerum nec vectigalia augeantur; ut Hispano bellum inferenti Algierae, Tuneto, Tripoli Veneti compellati auxilio mittant quinquaginta triremes et Hispanus Venetis vicissim, si bellum ipsis sit in mari Adriatico intra urbem Venetam et Valonam Dalmatiae, sive communi et publico bello distineantur sive non; ut pontificis terras, si petantur, communibus armis et viribus tueantur utrique; ut ad deliberationes de belli negociis adhibeant duces singulorum et, quod ab universis aut, si dissensio incidat, a duabus partibus concludetur, id sit ratum; ut polemarchi et nauarchi munus gerat et administret Iohannes de Austria, Caroli V. naturalis filius, si adsit, si absit, alius, quem Hispaniae rex nominarit; ut pontifex reliquos Christiani orbis principes adversus Turcas concitare non desinat et ut dissidiis exorientibus inter confoederatos sit arbiter; denique ut nisi de consensu omnium et comprehensis omnibus nulla fiat cum hoste transactio.

Ferraria urbs mensibus Novembri et Decembri plurimis ac saevissimis quassata terrae motibus corruit.

Inter arctoos reges arbitris imperatoris Maximiliani loco Iohanne Friderico, Pomeraniae duce, Ioachimo Schlikone, comite Boemo, Christophoro Carolovitio, pro electore Saxoniae Ludovico comite Eberstenio, domino Novogardiae in Pomerania et Wolcmaro Erico Berlepsio bellum compositum et pax conclusa est in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urbe Stetinensi, ut Danus recipiat arces Nilosiam Norvegiae et Waremburgam, naves amissas praecipuas cum omni machinarum bellicarum apparatu et in sumtuum compensationem centum quinquaginta millia uncialium, Suecus arcem Elsenorhe, ut sint inter se et reges ipsi et subditi eorum amici et libere ac tuto in utroque regno commercia exerceant et negociationes.

Germania plerisque in locis insolita annonae caritate laboravit pene cum extrema colluctata fame.

Albanus in Belgico antiquo more saeviit in suspectos de religione ac struere coepit insidias regno Angliae et reginae.

Mense Ianuario anno 1571 extincti sunt fratres marchiones Ioachimus II., elector Brandeburgensis, apoplexia forti die tertia Ianuarii intra horam duodecimam et primam noctis in arce Copnick, Iohannes frater Custrini catharro suffocante die decima tertia sequente mane intra horam quintam et sextam.

Huius anni 1570 Martio mense regis Poloniae legati cum Moscorum principe oblatis ei muneribus plane regiis ingentis precii Maio et Iunio mensibus de pacis conditionibus inter utrumque principem tractarunt sed barbarico fastu excepti ac dimissi sunt iis tamen confectis, quorum causa missi erant. Eodem tempore Moscus invitavit ad sese Magnum, Holsatiae ducem, quem decima Iunii magnifice exceptum et tractatum splendide ac multis affectum muneribus Iulio mense cum vana spe coniugii dimisit ad obsidionem Refaliae; fratris filiam enim ei desponderat, quem paulo ante immaniter trucidarat. Ante legatorum Polonicorum adventum et post Magni ducis discessum immanem et inauditam antea crudelitatem exercuit in subditos nulla nec dignitatis nec meritorum nec sexus nec aetatis habita ratione. Praecipuos enim et praeclarissime de se meritos ex proceribus et aulae ministris exquisitissimis cruciatibus immaniter et diu tortos atque excarnificatos tandem interemit. Ingentem multitudinem e promiscua plebe in Rha fluvium, quem Wolgam vocant, demersit, ut cadaveribus intercepto fluxu flumen intumuerit.

Sequuntur nomina inscriptorum.

October.

18. Albertus Lemeiger, Daniel Lemeiger — Vittebergenses rectoris filii
Wolffgangus a Schonberg, Georgius a Schonberg — in Limbach nobiles fratres
19. Claudius Flauinius Laudunen. Gallus
Iohannes Mallietus Geneuensis
Ioachimus Rhan Amswaldensis
Iohannes Ehrman Schnebergensis
20. Philippus Milius Gisensis Hessus
Georgius Kalenbergius Molslebiensis
21. Generosus Andreas Fierlei de Dambrouicza palatinides Lublinen.
Generosus Felix Fierlei de Dambrouicza
Nicolaus Gabrionka nobilis Polonus
Zbosin Zulinsky nobilis Polonus
Christophorus Ritter Kittelshaymen.
Iohannes van Kollen Hamburgen.
22. Adamus Siebel Schiuelbenensis
24. Iohannes Rostorpius Bardewicen.
Georgius Draschkowski Turocen.
Iohannes Lübbren Hildesianus
Iohannes Zimmerman Erphordianus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Henricus Voigt Bolaslauiensis
Cornelius Snitter Gorlicensis
Wolffgangus Holtzmuller Delitianus
26. Iustus Blochius Bereutensis
Wiboldus Iacobi Embdensis
27. Iohannes Agricola Oschacensis
Petrus Rodolphus Koburgensis
Georgius Schoneich nobilis Silesius
28. Iohannes Hauenbergk Wesaliensis
29. Bartolemeus Frankenstein Greuenbergensis
30. Reinholdus Marcus Dantiscanus
31. Samuel Czeika Slaukouien. Morauus
M. Paulus Waignerus Salueldensis
Oseas Aquila Salueldensis

November.

2. Balthasar Hoferus Neustadiensis
Iacobus Heinerus Naumburgen.
3. Henningus Meier Hornburgen.
Theodorus Wideman Hamburgen.
Olaus Ionae Helsingus Suecus
Olaus Gammal Stokholmen. Suecus
5. Michael Kannimir Polonus
7. Georgius Hasenstadt Hamelburgen.
11. Paulus Cenalerius Geneuensis
14. Elias Opitius Sangerhusanus
15. Iohannes Eichlerus Hirsfeldensis
16. Tiburtius Sigel Heidinfeldensis
19. Henricus, Hieronymus } Wicendorff Luneburgen. consulis Francisci filii
20. Michael Schiuerdecker Rollenburgensis
Iohannes Licus Elsterbergensis
Paulus Crapidel Wratislauiensis
Thomas Hempel Wratislauiensis
21. Georgius Scallestinus Gilgenburgensis Borussus
Henricus Strowant Toronen. Borussus
Iohannes Semelhaken Dantiscanus
Iustus Sutelius Gottingensis
22. Christophorus Melander Borken. Hessus
Michael Musculus Marienbergensis
Basilius Minor Sobotensis Silesius
Bartolemeus Dauth Tursennitensis
23. Christophorus Hubenerus Plauensis
Caspar Breidius Glogouiensis
27. Georgius Klepperus Franckensteinen.
30. Iohannes Walterus Ilmensis
Iohannes Wibelius Ioachimus

December.

3. Foelix Feurle Kittingensis
Iohannes Pethan Nassauiensis
5. Dauid Cranss Sprottauiensis
7. Paulus Hirbein Ratisbonen.
9. Thomas Hoffmannus Ilauien.
13. Fridericus Hanssius Francoforden.
Michael Redlich Cubinen. Silesius
16. Hieronymus Mugenhoffer Noribergen.
17. Iohannes Iauernitz Witebergen.
Ioachimus Semer Hamburgensis
19. Valentinus Hartman Cerbiccen.
20. Leonhardus Caesar Torgensis
21. Matthaeus Rissk Pirnensis
23. Antonius Dinckeman Werlensis Westphalus
29. Andreas de Plauen Tubingensis

Ianuarius.

2. Henricus Lehman Lemgouiensis
Simon Glock Ingelunigensis
Antonius Pussk Silesius nobilis
3. Iohannes Gude Luneburgensis
8. Martinus a Max nobilis Silesius
9. Christianus Kisewetter Dresden. filius cancellarii electoris Saxoniae
10. Vincentius Malscafel Bononien. Italus
11. Andreas Reger Rondenbergensis
12. Iohannes Stirner Lipsensis
13. Iohannes Kanha Pragen. baccalaureus
Iacobus Strabo Glattouien. Boemus
15. Henricus Kale Sangerhusanus
Mauritius Zoch Hallensis
16. Hartungus Bonerus Frankenhusanus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Christophorus Gerik Fribergensis
Matthias Holtzendorff Ratonouien.
Erasmus Broske Brandenburgen. nobilis
Andreas Lobitzk Brandenburgensis
17. Wolffgangus Henricus Greff Goltzkouiensis nobilis
Constantinus Heluigius Hessus
Cunradus Henseus Wicenhusensis
19. Zacharias Turner Cremcensis Austriacus
25. Philippus Moheupt Leobergen. Silesius
26. Leonhardus Baldauff Sulbachensis
Iohannes Mederus Suinfordensis
Georgius Buchner Weisenburgensis
27. Abrahamus Zedelerus Misnensis
Thomas Cramerus Northusanus
Wilhelmus Cramerus Northusanus
28. Caspar Roth Mitwedensis
29. Iohannes Aquila Bernburgensis
Michael Bialosliwsky Polonus nobil.
31. Eustachius Regner Norlingensis

Februarius.

6. Iohannes Kolbel Stirensis Austri.
8. Iohannes Rogowisius Crossaeus
Clemens Saruary } Vngari
Matthias Zykzay }
14. Paulus Hein Wratislauiensis
18. Ionas a Schindel Silesius nobilis
Michael Henck Wulckenhanen.
22. Georgius Gröselfing Nordlingen.
25. Christophorus Reiff Pirnensis
26. Nicolaus Krogius Ripensis

Martius.

1. Augustinus Kittelse Strigelen. Silesius
2. Gregorius Forwerck Noribergen.
3. Iohannes Gericus Quedlenburgen.
4. Cunradus Fridericus Halberstaden.
5. Wolffgangus a Schaff Gottsch cognominatus nobilis Silesius
ChristophorusGengelinckGoltbergen.
6. Georgius Grötz Lissensis Silesius
8. Volcmarus Vurm Nouendorpen.
10. Christophorus Sphecht frater Nicolai Pici Misnensis
11. Iohannes Cranenbach Soltuedelen.
Casparus Teuderus Koldensis
12. Gabelinus Gerceus Westphalus
13. Paulus Trosius Alsnensis Transylu.
15. Gallus Goldelius Lobensteinensis
Henricus Macholdus Suartzburgen.
Christophorus Hamstedt Brunswicen.
Iohannes Policarius Weissenfeldensis
17. Petrus Brendel Curiensis
Ioachimus Groblerus Brandeburgen.
Mauritius Brenno Piricensis
Balthasar Bullub Piricensis
19. Andreas Zozmuller Geranus
20. Christophorus Radtman Francofordēn.
21. Matthias Wolrab Snebergen.
22. Henricus Ribessk Wratislauien.
23. Iohannes Henricides Brodenus Bohemus
Valentinus Tiderus Zuittauien. Morauus
25. Dauid Gifendt Platensis
26. Thomas Welwarter Gamundanus
Balthasar Cunradi Goslariensis
27. Iohannes Faber } Quedelen-
Ludolphus Quenstadius } burgen.
Carolus Oslew Olsnen. Silesius
Henricus Schultenus Zutphanien.
28. Philippus Crusius Heckstaden.
Henningius Finck Halberstadensis
Christophorus Wettichius Orthrufien.
Stephanus Schuertfegerus Cosensis
Andreas Stackloff Grabesleuiensis
Thomas Sarctorius Ekersleuiensis
Gregorius Stosenack Aquensis
Ioachimus Suerinius Soltwedelensis
IohannesRuntorphiusTangermunden.
Casparus Staff Mellerstadensis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

29. Matthaeus Friderich Reichenbachensis
Iohannes Polman Magdeburgen.
30. Martinus Moquitz Aldenburgen.
Andreas Meltzer Cygnaeus
31. Martinus Fincke Tangermunden.
Iohannes Matthias Halberstaden.
Ioachimus Hagenow Osterburgen.
Nicolaus Worch
Thomas Worch
Daniel Schutze
Daniel Radleff } Ascanienses
Andreas Smodehein
Iacobus Randor
Iohannes Heideck
Balthasar Iudex Sehusensis
Nicolaus Elrich Ermeslebiensis
Bartolemeus Iordan Blankenburgen.
Matthias Gnielhelmus Ceruestensis
Iohannes Rittvbel Bismariensis
Iohannes Lang Hanelburgensis
Gabriel Kröger Brandenburgensis

Aprilis.

2. Iustus Andreas a Sexelden Moguntinus
3. Georgius Schneider Winsbachensis
Arnoldus Tham Suabacensis
Iohannes Wolfius Cotensis
Wernerus Piletius Hamburgen. d. Iodoci medici filius
4. Georgius Landeck Goltpergensis
5. Nicolaus Reilein Gunsenhusanus
Sebastianus Wagnerus Wunsidelen.
7. Christophorus Limmer Neostadien.
8. Ioachimus Tegennerus
Ioachimus Meier } Hamburgen.
Iohannes Becker
9. Iohannes Swanbeck Marchius nobil.
Nicolaus Seifert } Naumslauien.
Andreas Roth
Andreas Guntherus Munsterbergen.
Achacius Knotzer Isenertzensis
11. Iohannes Schlegel Berlinensis
Georgius Faber Vuratislauiensis
Martinus Heluigius Suinicensis
Iohannes Eberus Harburgen. Sueuus
14. Laurentius Redlein Norenbergen.
Martinus Noglannius Teubiczens.
15. Leuinus Wartenbergk Gardeleben.
19. Iohannes Huldericus Stutz
Iohannes Iacobus Pan } Tigurini
Cunradus Emmisecerus
Ionas Deckbacher Tigurinus
Dauid Smidt Zowlecensis
20. Balthasar Francz Delitianus
Otto Meinardt } Holsati
Otto Stal
21. Petrus Boesius Bipontinus
Iohannes Sturtius Mesenheimensis
Iohannes Reiserus Argentoraten.
Nicolaus Huck Wolsteinensis
Iohannes Bentius Brussellensis
Dauid Schelling Dresdensis
Iohannes Poeteninus } Galli
Franciscus Quieuremonteus
22. Bernhardus Smit Wistochcensis
Ionas Dambolt Kiricensis
Iacobus Sceper Wistoccensis
23. Iohannes Bickel Vffenheimensis
24. Adamus Philoponus
Simon Tapineus } Nouobolesla-
Iohannes Pirinus } uienses Boemi
25. Sebastianus Stolius Pffitzingensis
Chilianus Agricola Eringensis
Georgius Ludouicus Merwart Stanbachcensis
Georgius Retzius Waldenburgen.
26. Albertus Taub Langenburgensis
27. Philippus Fulderus Naumburgensis
Caspar Simar Franckenhusanus
Iohannes Vendelinus Halbrunensis
Cunradus Erer Halbrunensis[1])

1) Am Rande: Hic exclusus est ab academia anno 1573 20 Sept., quod duos adolescentes ad pugnam provocasset.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Georgius Hoffsess Halbrunensis
Henricus Rufenius Halberstaden.
Nicolaus Trienis Gardelebensis
28. Christianus Schellius Gerendorensis
Nicolaus Pape Rhederensis
Ambrosius Elsterman Wittenbergen.
Segebaldus ab Huda Bremensis
Iohannes Iester Frisaccensis
29. Thomas Iacobellus Sarisdorffensis
Iohannes Nanke Bremensis
Henricus Rodewoldus Luneburgensis
Petrus Gerstenkorn Soltwedelensis
Iohannes van der Seide Luneburgensis
Georgius Schomaker Haderslebiensis
Stephanus Chrisopeius Debrecinus
Andreas Vduardi
Matthaeus Scharicens Keuinus
Michael Belicensis Medimuranus
} Vngari
30. Martinus Wagner Nouisoliensis
Iohannes Sponner Theschinien. Silesius
Wolffgangus Eilenbergius Misnensis

Gratis inscripti.

October.

20. Iohannes Hohendorffer Maxafauensis Bauarus
Matthaeus Schultze Rapsbalnien. Silesius
Iohannes Kesler Norlingensis
28. Petrus Bel Smideburgensis

November.

11. Georgius Iacobus Neapolitanus
25. Hermannus Ronnker Osnaburgensis

December.

5. Caspar Schultze
Daniel Schultze
} Witebergenses
9. Leonhardus Neander Prutenus
28. Richardus Kugel Disteden. Noricus

Ianuarius.

8. Iohannes Feilwart Aquisgranus
16. Andreas Gado Bernouiensis

Martius.

9. Caspar Lehman Meltendorpensis
12. Iohannes Stoltzenburger Straubingen.
13. Christophorus Wagner Lengefeldensis
19. Matthias Charitanus Vngarus
23. Casparus Kroger Witebergensis
28. Laurentius Henich Reichenbachen.
31. Iosephus Leblinus Zeapolitanus
Martinus Schnegel Emislebiensis

Aprilis.

3. Lucas Stapel Louaniensis
5. Iohannes Kramer Sangerhusanus
12. Georgius Serarius Vacchensis
Christophorus Zimmerman Hallensis

Summa omnium 290.

[1571. Ost.]

Anno a nato Christo salvatore ex Maria virgine MDLXXI Calendarum [!] Maii creatus est cunctis suffragiis rector academiae in semestre aestivum vir reverendus pietate, doctrina et dignitate clarissimus Caspar Cruciger, sacrae theologiae doctor ac professor publicus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf